

Las visitas ‘ad limina’ de Francisco de Olaso Hipenza, OSA, obispo de Lérida

POR

RAFAEL LAZCANO GONZÁLEZ

Francisco de Olaso (1654-1735), natural de Calahorra (La Rioja) y religioso agustino, fue obispo de Lérida a propuesta del rey Felipe V entre 1714 y 1735. Durante su largo episcopado realizó cuatro visitas “ad limina” (1717, 1721, 1724 y 1733), todas mediante procurador. Los informes proporcionan datos personales del prelado y su quehacer pastoral, pero sobre todo ofrecen noticias históricas de la iglesia catedral, el número de dignidades, canónigos y beneficiados, con sus rentas; de las parroquias, conventos, hospitales y cofradías de la diócesis ilerdense.

Francisco de Olaso (1654-1735), native of Calahorra (La Rioja) and Augustinian Bishop of Lleida (1714-1735). During his long episcopate made four visits ‘ad limina’ (1717, 1721, 1724 and 1733), all by Delegate. The reports provide personal data of the prelate and his pastoral work, but above all offer historical news of the Cathedral Church, the number of dignities, canons and beneficiaries, with their incomes; parishes, convents, hospitals and brotherhoods of the ilerdense diocese.

El calagurritano Francisco de Olaso Hipenza (1654-1735)¹, hijo del convento San Felipe el Real de Madrid, maestro en teología, provincial de la provincia de Castilla, y asistente general de la Orden Agustiniiana por las provincias

¹ Cfr. SÁINZ DE BARANDA, Pedro, *España Sagrada: Iglesia de Lérida*, XLVII, ed. R. Lazcano, Editorial Agustiniiana, Guadarrama (Madrid) 2011, 80, 86, 127, 164-166, 167, 225, 250, 267, 285, 289; GARRÁN, Constantino, *Galería de riojanos ilustres*, Imp. V. de Cuesta e Hijos, Valladolid 1888, 646; LANTERI, José, *Postrema Saecula sex religionis augustiniianae in quibus breviter recensentur illustriores viri augustinienses qui sanctitate et doctrina floruerunt post magnam Ordinis unionem peractam anno MCCLVI ab Alexandro IV usque ad haec tempora*, II, Typ. Guidoni, Tolentini 1859, 91-92; SANTIAGO VELA, Gregorio de, *Ensayo de una Biblioteca Ibero-Americana de la Orden de San Agustín*, VI, Imp. Asilo Huérfanos Sagrado Corazón de Jesús, Madrid 1922, 69-72.

de España y de las Indias, salió propuesto por el rey Felipe V en noviembre de 1711 para ocupar la sede episcopal de Lérida. Una vez superadas las diferencias políticas entre la Corte y la Santa Sede fue presentado de modo oficial por el citado monarca el 23 de abril de 1714, y el papa Clemente XI le preconizó obispo de Lérida este mismo año en el consistorio de fecha 28 de mayo². Una vez consagrado en la iglesia del convento San Agustín de Madrid por el patriarca de las Indias Occidentales, Carlos Borja Centellas y Ponce de León (1663-1733), arzobispo titular de Trapezus (Trebisonda), tomó posesión de la diócesis por mediación de procurador el 4 de agosto de 1714. Un mes después efectuó su entrada solemne en la diócesis de Lérida. Como la ciudad de Lérida estaba destrozada por la Guerra de Sucesión (1701-1713), el obispo Olaso fijó su lugar de residencia en Monzón.

Entre sus actuaciones pastorales destacan: la celebración de un sínodo (Lérida, 20-21 de noviembre de 1714), en cuyas Constituciones incluye una curiosa e interesante “Cartilla que deben enseñar los curas y los maestros de escuela en la diócesis”³; la visita pastoral a la diócesis iniciada por Monzón el 8 de febrero de 1715; y la fundación del seminario diocesano el 5 de marzo de 1722, que puso bajo la advocación de “*Reina de los Ángeles, María Santísima, Madre y Señora nuestra en el misterio de su maravillosa Asunción a los cielos*”. En la villa de Monzón acabó su vida el 6 de mayo de 1735, siendo sepultado en la iglesia colegiata de Santa María, al lado de la Epístola, delante del altar colateral, cubriendo la sepultura una lápida con un relieve del propio Olaso vestido de pontifical y una sencilla inscripción⁴.

En el Archivo Diocesano de Gerona⁵ se encuentra la documentación que preparó y presentó, mediante procurador, el obispo de Lérida Francisco de Olaso Hipenza con motivo de las cuatro visitas ‘ad limina’ efectuadas en los años de 1717, 1721, 1724 y 1733. De los cuatro informes, el primero resulta ser el más prolijo, minucioso y completo. La información, aunque breve y concisa, esconde elementos llamativos, como la reducción de parroquias llevada a cabo entre 1717 y 1721, pasando de 218 a 180 en tan solo cuatro años. Este y otros

² Cfr. RITZLER, Remigium-SEFRIN, Pirminus, OFMConv, *Hierachia Catholica medii et recentioris aevi, sive Summorum Pontificum – S.R.E. Cardinalium Ecclesiarum Antistitium Series et Documentis Tabularii Praesertim Vaticani Collecta – Digesta*, V, Typ. Librarie ‘Il Messaggero di S. Antonio’, Patavii (Italia) 1952, 227.

³ *Constituciones synodales hechas y ordenadas en el Synodo, que se celebró en la ciudad de Lérida, en los días 20 y 21 de noviembre del año 1714*, Imp. Francisco Revilla, Zaragoza 1715, 36 s.n.–332 pp.

⁴ Cfr. CASTILLÓN CORTADA, Francisco, *La Iglesia de Santa María de Monzón (Huesca)*, en *Cuadernos de Historia Jerónimo Zurita* 27-28 (1974-1975) 7-61.

⁵ ARCHIVO DIOCESANO Y BIBLIOTECA DIOCESANA DEL SEMINARIO DE GERONA – Pujada Sant Martí, 12 - 17004 Gerona.

detalles de no menor enjundia serán, a buen seguro, objeto de estudio por parte de los historiadores de la realidad social, cultural y religiosa de la diócesis de Lérida.

* * *

I. Visita 'ad limina' de 1717: Informe dirigido al papa Clemente XI por Fr. Francisco de Olaso. Monzón, 22 de enero de 1717

1. (Presentación del procurador). El obispo presenta al doctor Francisco de Morales y Arévalo, tesorero de la iglesia catedral de Calahorra.

2. (El obispo informa de la iglesia catedral y el palacio episcopal). Ad praesentationem ergo Catholici regis Philippi V, Beatitudinis V. gratia et benignitate anno 1714, postquam in provincia Castellae collegium Complutense, conventum Toletanum et Matritensem gubernaverimus, officiumque definitoris et tandem in eadem provincia provincialis obtinuerimus, simulque sanctae generalis Inquisitionis Hispaniae qualificatoris, et per vestrae Sanctitatis clementiam officium assistentis generalis Hispaniae in curia Romana exequaerimus, ad episcopatum Illerdensem, provinciae Tarraconensis (etsi indigni) fuimus promoti et consecrati a Rdm. D. D. Iacobo de Borja, Indiarum patriarcha, Catholici regis eleemosinario eiusque vicario generali, assistentibus RR. DD. episcopis tunc temporis Urgellensis, electoque Salmantino et Girondensi, ut ex testimonio originario huius functionis tunc a nobis Romae misso liquido constabit; quam primum potuimus civitatem Ilerdensem introivimus, et invenimus ecclesiam cathedralam pollutam, factamque erarium pro victu militum, quod lacrimis cordis perspeximus, et domum episcopalem dirutam esse de tempore mei praedecessoris, quod nuntiavimus domino regi iterum atque iterum, significando magna incommoda canonicorum in officiis dominicis celebrandis; faciunt namque suam residentiam in parva parochia Sancti Laurentii, ubi vix possunt stare, et etiam episcopus, qui propter domum deficientiam non potest in sua ecclesia nec in civitate residere.

Ad nostros valde repetitos clamores rex Philippus, suo catholico zelo confessus est se obligatum esse ex iustitia aliam cathedralam domumque pro episcopo fabricare; vetera namque ecclesia (etsi non totaliter diruta) intra castelli moenia reperitur, et ad hunc effectum feci mensurari et valuari fabricam in loco opportuno. Hoc inveni, B. P., et hoc est quod deflemus dolore cordis; totum hoc et alia evenerunt causa bellorum; pastoralis officii nostri obligatione synodum dioecesanam congregavimus, pro perniciosis abusibus penitus evertendis, inordinatis atque confusis moribus reformandis, omni cura et labore incubuimus, utpote principali, quod correctione indigebat ex diuturno depravatoque militum

contubernio, quod retro abhinc annis, cum bellum longum trahebat originem, in qua, miseratione divina, non penitus operam perdidimus, cum frequenti Domini verbi praedicatione per nosmetipsos et per alios missionarios apostolicos regulares et saeculares, quibus in civitate et dioecesi idem munus commisimus, vitia reprehendendo et publica peccata puniendo, totamque dioecesim personaliter visitando.

3. (Situación y límites de la diócesis). Pars huius dioecesis cum ecclesia cathedrali est in Cathaloniae principatu, et alia pars est in Aragonia; circumscribitur finibus dioecesium Barbastrensis, Urgelensis, Oscensis et archiepiscopatus Caesaraugustani; tota protenditur in 32 leucas hispanicas longitudinis et 20 latitudinis. In illa sunt plura hospitia pro pauperibus recipiendis et infirmis ab aegritudinibus curandis, plures magistros puerorum, qui illos legere et scribere docent, in misteriis que nostrae catholicae fidei instruunt.

4. (Dignidades de la catedral). Una vez que recuerda la grandeza del antiguo edificio señala: sunt in illa octo dignitates, videlicet decanatus, cuius provisio ad Sedem Apostolicam pertinet, archidiaconatus maior et magister scholastriae, de patronato regali, praeceptor cantorum, vulgo chantre, archidiaconatus Ripacurtiae, archidiaconatus Terrantonae, archidiaconatus de Benasque et archiprester.

5. (Canónigos y beneficiados). Praeter haec sunt 24 canonicatus, inter quos est paenitentarius qui, facta oppositione per concursum, suffragiis episcopi et canonicorum confertur, et alius lectoralis, qui omni triduo alicui religioso pro praedicatione confertur, et alter tribunali Sanctae Inquisitioni assignatur, qui omnes, his tribus exceptis, in octo mensibus sunt provisionis vestrae Sanctitatis, et in quatuor mensibus ordinarias sunt provisionis canonicorum, episcopo tantum ad collationem per se vel per suum vicarium generalem de gremio concurrente. Sunt etiam 10 portionarii, 12 capellaniae, 37 beneficia; est etiam capellania maior; provisio omni mense pertinet ad Sedem Apostolicam.

6. (Rentas de los beneficios). Reditus fabricae ecclesiae et mensae capitularis sunt valde exigua, et cum ante bella anni 1620 fuerint annui reditus uniuscuiusque canonici 1.000 scutorum monetae, parum plus vel minus, post bella autem immediate praeterea diminuti apparent annui reditus, ita ut vix remaneant pro unoquoque 600 scuti monetae, et idem contigit in omnibus aliis beneficiis ecclesiasticis, servatis servandis, in hoc episcopatu Ilerdensi, ex quo, et quia canonici suam residentiam facientes intra civitatem fructus, etsi chorum non adant, lucrantur, fit quod ecclesia pristino splendore deficiat et assistentia chori minuatur.

7. (Parroquias de la ciudad). Post matricem sunt in civitate ecclesiae parochiales sequentes, videlicet Sancti Ioannis de Platea, in qua componitur capitulum ex uno rectore, per quem sacramenta administrantur, et 40 beneficiatis, ex quibus qui aliud beneficium non habent, decenter vivere non possunt; parochialis Sancti Laurentii, quae nunc pro cathedrali deservit, et componitur ex uno vicario sacramenta administrante et ex 8 beneficiatis, quibus idem contigit ac antecedentibus; parochialis Sanctae Mariae Magdalenae, qua fuit in isto praeterito bello diruta, estque noviter reaedificata, et componitur ex uno rectore, sacramenta fidelibus administrante et ex 3 beneficiatis, qui nec congruam habent sufficientem ad sacros ordines suscipiendos; erat etiam parochialis Sancti Andreae, etiam diruta, et componitur ex uno rectore et ex 2 beneficiatis, qui obligationes adimplent in cappella Sancti Iacobi, nec minus habent congruam.

8. (Conventos de religiosos). Sunt etiam in dicta civitate conventus Sancti Dominici, in quo cathedra philosophiae pro iuventutis aedicatione noviter est fundata; conventus Sancti Augustini de observantia; conventus Carmelitarum de observantia; conventus B. M. de Mercede; collegium PP. Societatis, in quo grammatica docetur, et tandem conventus Carmelitarum discalceatorum; erant extramuros conventus Sancti Francisci de observantia et conventus Capuccinorum, in quibus non habitant religiosi, in primo quia totaliter fuit dirutus, et in secundo, quia etsi non totaliter dirutus, fuerunt religiosi a dicta civitate et conventu exiliati.

9. (Conventos de religiosas, colegios, hospitales). Sunt etiam in civitate conventus monialium Sanctae Clarae, quae propter totalem conventus sui destructionem stant in quadam satis indecenti domo, habentque portionem panis datam a rege, aliter enim vivere non poterant; et etiam Sanctae Theresiae; erat etiam extramuros istius civitatis monasterium Sancti Hilarii, quod propter destructionem tempore belli factam sui monasterii restant moniales dispersitae extra claustra vivendo cum magno dispendio suae religionis, pro quarum aggregatione sacrae congregationi Episcoporum et Regularium scripsimus praeceque missimus; erat etiam in eadem civitate et iam non est, universitas literaria in qua omnes scientiae docebantur; erant duo collegia saecularium, omnia tamen diruta, ita ut nec signum universitatis nec dictorum collegiorum reperiri possit; restat aliud collegium ordinis Sancti Benedicti, in quo sacra theologia docebatur; abierunt monachi et collegium finitum est; etiam sunt duo ospitia, unum pro militibus et aliud pro omnibus infirmis, et in isto etiam alienigenae recipiuntur.

10. (Cofradías). Sunt etiam in dicta civitate duae confraternitates clericorum, quarum cura sunt quam multae foundationes pro orfanis et pauperibus virginibus

in statu collocandis, de quibus sentio melius esse non esse; multis etiam abhinc annis paucissimae virgines fuerunt in ipsis collocatae et copiosissimi reditus ab ipsis recepti fuerunt contra canonicos consumpti. Resto, in actuali visitatione cathedralis istarumque confraternitatum, quae centum abhinc annis visitatae non sunt, finita visitatione, clariorem notitiam Sanctitati vestrae dabimus.

11. (Comunidades de presbíteros y conventos). Inter alia oppida in parte Cathaloniae principaliora sunt la Granadella, quae componitur ex uno rectore et 5 beneficiatis qui communitatem faciunt, et etiam alii beneficiati, qui non sunt de corpore communitatis. Las Borjas communitas componitur ex uno rectore et 3 beneficiatis, suntque alia beneficia quae non sunt de corpore communitatis. Est etiam villa del Almenar, in qua est ecclesia parrochialis, quae componitur ex uno vicario, 7 portionariis et 2 beneficiatis, qui omnes formant communitatem; villa de Alguaire, in qua est ecclesia parrochialis quae componitur ex uno vicario et 11 beneficiatis, qui formant communitatem. Erat insigne monasterium monialium ordinis Sancti Ioannis in Ierusalem, et hodie sunt aliquae moniales Barchinonae, et aliae dispersae, pro quarum unione Sanctitatem vestram humiliter deprecavimus.

12. (Comunidades de la parte de Aragón, Rueda y Monzón). Sunt etiam oppida principaliora in parte Aragoniae, Roda, quae est ecclesia canonicorum regularium Sancti Augustini et collegiata, quae componitur ex uno priore, cuius provisio semper ad Sedem Apostolicam pertinet, et 6 dignitatibus et 5 canonicis. Sunt in illa 6 beneficia habentia redditus aliquos et distributiones, aliaque sine redditibus; villa Montissonis, in qua est ecclesia colegiata insignis B. Mariae del Romeral dicta, quae componitur ex uno priore praesidente, cuius provisio semper ad Sedem apostolicam pertinet, 2 dignitatibus, thesaurarii et sacristae maioris, 11 canonicis, quorum provisio pertinet ad dictam villam, 8 portionariis, quorum provisio pertinet ad Sedem apostolicam in octo mensibus reservatis, et in quatuor aliis ad priorem dictae ecclesiae. Ex dictis unus est canonicus vicarius et alter portionarius vicariae, pro sacramentis ministrandis, et ex omnibus componitur capitulum, suntque aliae 2 portiones quae non sunt de gremio capituli; in eadem villa est alia ecclesia parrochialis ordinis Sancti Ioannis, quae componitur ex uno priore in dicta religione professo, 4 portionariis et beneficiato, qui omnes formant capitulum; et omnes provisiones ad dictum priorem pertinent, sicut et vicarius nututalis ad sacramentorum administrationem. Sunt etiam in dicta villa conventus religiosorum Sancti Dominici, Sancti Francisci, Smae. Trinitatis et monialium Sanctae Clarae.

13. (Tamarit, Albelda, Benavarre y otros). Est etiam villa de Tamarite de Litera, in qua est ecclesia insignis colegiata, composita ex uno priore praesidente et 9 canonicis, quorum unus est poenitentiarius, pro sacramentis admi-

nistrandis. Sunt 4 rectoriae, et omnia haec sunt de patronato dictae villae, sicut et alia plura beneficia. Est etiam in dicta villa ospitium pro infirmis curandis, magister puerorum, conventus Carmelitarum discalceatorum et conventus Capuccinorum, et alia ecclesia patrocinio B. Mariae dicata, cuius aedificium est insigne, et habet aliquos redditus pro duobus capellaniis.

Est etiam villa de Albelda, in qua est ecclesia collegialis insignis, quae componitur ex uno priore et 8 canonicis, et omnes provisiones sunt dictae villae, cum obligatione illos episcopo Ilerdensi praesentandi; villa de Benabarre, in qua est ecclesia parrochialis, et componitur capitulum ex uno vicario, 6 portionariis et 22 beneficiatis; villa de Estopiñán, in qua est ecclesia parrochialis, et componitur capitulum ex uno rectore, 3 portionariis et 7 beneficiatis; villa de Tolva, in qua est ecclesia parrochialis, et capitulum componitur ex uno vicario et 6 portionariis; villa de Luzas, in qua est ecclesia parrochialis, et capitulum componitur ex uno rectore et 3 portionariis; villa de Castigaleu, in qua est ecclesia parrochialis, et componitur ex rectore, vicario et portionario; villa de Monesma, in qua est ecclesia parrochialis et componitur ex uno vicario et portionario; Puebla de Fontova, ex uno rectore et 5 portionariis qui formant capitulum; Montanui, ecclesia parrochialis in qua componitur capitulum ex uno vicario, 5 portionariis et 3 beneficiatis.

Sunt etiam alia monasteria diversarum religionum intra limites huius dioecesis, quorum abbates sub se multas provisiones vicariatuum et rectoriarum, quae etiam ab episcopo visitantur.

14. (Número de parroquias). In hac dioecesi sunt 218 ecclesiae parrochiales, quarum aliquae habent alias iam pridem adiunctas sive annexas, aliquae sunt rurales, et licet olim plures essent, frequentes invasiones inimicorum ad praedictum numerum redegerunt et licet aliquae fuerunt reaedificatae et in pristinum statum a nobis restitutae, restant aliae ab iniuria temporis dirutae; quae extant et relatae sunt, habent speciosa paramenta et tabernacula deaurata, ad S. Eucharistiae sacramentum recondendum.

Anexos

1. El obispo Francisco de Olaso delega la visita 'ad limina' a favor de Francisco de Morales y Arévalo, tesorero de la iglesia de Calahorra, ante el notario Antonio del Puyo. Monzón, 20 enero 1717.

2. Memorial despachado el 23 de marzo 1717 con la aceptación de Francisco de Morales y Arévalo como procurador de la visita.

3. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo en las que acreditan la visita practicada por Francisco de Morales y Arévalo a las respectivas basílicas. Roma, 23 de marzo 1717.

II. Visita ‘ad limina’ de 1721: Informe dirigido al papa Clemente XI por Fr. Francisco de Olaso. Monzón, 18 de enero de 1721

El informe reproduce el enviado en la anterior visita ‘ad limina’, la de 1717, con algunas variantes:

10. (Cofradías). Se omite el juicio desfavorable del obispo.

11. (Comunidades de presbíteros y conventos). No figura la referencia al convento de la villa de Alguaire.

14. (Número de parroquias). Señala que el número de parroquias es de 180.

Anexos.

1. El obispo Francisco de Olaso delega la visita a favor de Francisco Morales de Arévalo, tesorero de la sede de Calahorra; Francisco Alsina, canónigo de Lérida; y fray Martín de Alviturria, procurador general de los agustinos en Roma, ante el notario Juan Vicente Pilzano. Monzón, 24 de enero de 1721.

2. Memorial presentado al Papa, pidiendo la aceptación de José Beyán, presbítero de Lérida, en sustitución de Francisco Morales de Arévalo, siendo aceptada con fecha de 16 de septiembre 1721.

3. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo, acreditando la visita realizada por José Beyán a las respectivas basílicas. Roma, 20 de septiembre de 1721.

III. Visita ‘ad limina’ de 1724: Informe dirigido al papa Benedicto XIII por Fr. Francisco de Olaso. Monzón, 20 de octubre de 1724

El informe es una transcripción literal del informe de 1721. Al final, después de la fecha, se añade:

Tribus abhinc annis (postquam universitas literaria translata fuit in civitatem Cervariensem) collegium sive seminarium puerorum in civitate Ilerdensi fundavimus, suntque in illo 20 pueri, unus magister grammaticae et alter philosophiae cum redditibus sufficientibus ad eorum victum, adimplendo concilii Tridentini praeceptum, sess. 23, cap. 18 de Reform. Datum ut supra.

Anexos

1. El obispo Francisco de Olaso encomienda la visita a favor de Francisco Morales y Arévalo, tesorero de la iglesia de Calahorra; José Beyán y José Tomás, presbíteros de Lérida, ante el notario Juan Vicente Pilzano. Monzón, 26 de septiembre de 1724.

2. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo en las que se indican la realización de la visita a las respectivas basílicas por parte de José Beyán. Roma, 15 de marzo de 1725.

3. El obispo Olaso se dirige por carta a la Congregación señalando que ha insistido para obtener la restitución de la catedral antigua. A su vez pide que la Congregación apoye su petición sobre las vacantes de beneficios curados. Monzón, 27 de julio de 1725.

IV. Visita 'ad limina' de 1733: Informe dirigido al papa Clemente XII por Fr. Francisco de Olaso. Monzón, 22 de abril de 1733.

El informe de la visita de 1733 reproduce literalmente el informe de 1724, con las variantes siguientes:

6. (Rentas de los beneficios). No aparecen indicadas las rentas de los cánigos.

8. (Conventos de religiosos). Los conventos de franciscanos y capuchinos están ubicados ahora dentro de la ciudad.

9. (Conventos de religiosas, colegios, hospitales). Las monjas cistercienses del convento de San Hilario han sido trasladadas a Tamarit. Se omite la mención del Colegio de San Benito.

13. (Tamarit, Albelda, Benavarre y otros). No figuran las villas de Castigaleu, Monesma, la Puebla de Fontova y Montanuy, pero se añaden otras: Estadilla, con abad, porcioneros y beneficiados, de presentación de la villa; Pertusa, con prior y porcioneros; y Vilaller, con rector, 5 porcioneros y 3 beneficiados.

Anexos

1. El obispo Francisco de Olaso nombra procurador de visita a favor de los presbíteros Agustín de Gastein, Felipe Martínez y Francisco Tomás, ante el notario Juan Vicente Pilzano. Monzón, 21 de abril de 1732.

2. Memorial pidiendo la aceptación de Agustín Gastein, presbítero de Calahorra, como procurador. Se despachó de modo favorable el 13 de junio de 1733.

3. Certificaciones de los altaristas de San Pedro y San Pablo acreditando la visita practicada por Agustín de Gastein a las respectivas basílicas. Roma, 19 de junio de 1733.
